humilitas passionis nostrae sit sacramentum salutis, ut adoriamur vir-
tutis officium, sumamus exemplum humilitatis. Vae ergo ei qui in cruce domini non
crediderit, qui scandalizabantur infirmi. Expedit ei ut suspendatur mo
la asinaria in collo eius et demergatur in profundum maris. In divinis quidem
scripturis non verborum serie sed rerum pondus examinare debemus. Plus enim
proficit ad reprimenda peccata inauditi generis atque defor-
mis beluina quaedam pompa supplicii. Tamen ne cui hunc quoque
scandalum generet infirmo, non otiose simul posita putamus
molam asinariam, collum hominis, profundum maris. Etenim cum asi
ni typum ipse gentilis acceperit, nonne vel videtur tamquam molam asi
nariam volvere quamdiu impietatis suae errore versatur. Hic autem
quidem vinculis alligatur ut tributum emolat: dum gravatur, sed operis
nimis caecitate suffusus est, ut vultum animi erigere ad dominum
et oculos cordis aperire non noverit, et ideo sine ulla cursus a
lacritate: vestigiis in se saepe redeuntibus inutili usui labo
rat alieno. Tamen qui molam volvit est sumendi aliquem finem operis
sperat, et exuendae spem gerit caecitatis. Cui vero mola ad collum su
spenditur, portat lapidem, qui portare iugum domini recusavit. Asinus ergo
admissa caecus ad lapidem, gentilis ad saxum, qui adorat eum quem non vi
det nec agnoscit. Deus enim non in manu factis habitat nec in saxo a
gnoscitur sed in spiritu. Utrique ergo ipsis gentilis et iudeus pompa quaedam ser
monis huius exponitur; sed vehementior in iudeos poena decernitur. Genti
um enim memoria seculi istius fluctibus obruetur et caeno mundi huius abo
lebitur, qui inter ea qui non sunt esse voluerunt et alienati a scientia dei tamquam in pro
fundum maris mersi sunt. At vero iudei per patriarchas assumpti, circumcisio
ne signati, per legem eruditi, non tamquam ignoti peribunt sed tamquam sacrilegi
punientur. Etenim atheniensibus ignotus deus, in iudea notus sed non receptus.
Et ideo qui ignorat ignorabitur, qui praevaricatur damnabitur. Hic ille exutus
a culpa qui suum auctorem nescivit, et ille exutus a venia qui dominum non recepit.
Tolerabilius tamen est fidem non detulisse Christo quam mala intulisse.

Licenza: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 166(413), p. 274 – Ambrosius ‹Mediolanensis›, Expositio Evangelii secundum Lucam (http://www.e-codices.ch/it/sbe/0166/274)